sic Qui operantur iniquitatem non quidem
liberi sunt quia aut fide recedunt aut
ad fidem non accedunt non ambula-
verunt in viis eius. Qui enim fidem non
habet et in Christum non credit. quo potest am-
bulare in viis eius ex quo dei vie
Christus est et fides ut patet ex iam dictis.

**Tu mandasti mandata tua
custodiri nimis.** Superius propheta
egit de motivo delectabiliter allicie͏nte
quod a malo removebat intuitu pre-
mii felicitatis seu blandiciis. Hic po-
nit motivum quodammodo impellens quod est precep-
tum divinum et adiungitur propheta consi-
derans divine missionis districtionem quia
mandatur custodire nimis et non habens
ex se quo id impleat petit missionis
adimpletionem dicens: utinam dirigantur
vie mee etc. quo habito petit in illorum
impletione consummacionem dicens: non me de-
relinquas usquequaque. Et quatuor per
ordinem in hoc versu tanguntur scilicet aucto-
ritatis preceptio, tu mandasti. decla-
rativa expressio. mandata tua.
subiectiva impletio, custodiri. exces-
siva requisicio nimis. Primum ad pro-
positum dicit tu scilicet qui singulariter es. tu
qui omnimodam auctoritatem et potestatem
habes, tu summe sapiens et omnem
bonitatem complectens divinaque potestate potestas
es et imperium, mandasti ut dux et le-
gislator legittimus auctoritate et iu-
risdictionem exercens. In mandatis divinis
non est aliquis timendus error quia au-
ctor eorum sapientissimus est, non alicuius
boni defectus quia optimus est, non su-
spicandum eorum periculum quia levissimus est pe-
culiaris est propius. nec est expectanda
eorum de obligatione vel immutatione quia
apud deum non est commutacionis nec vicis-
situdo. unde et eius mandata eternam
stabilitatem possidere non est deus
ut homo. ut mentiatur. Sed vide quod non de-
beat mandare quia ut dicitur ad Romanos vii
peccatum per mandatum operatum est in me
omnem concupiscentiam sine lege enim peccatum
mortuum erat insuper mandatum videtur
obligare et cogere coactio nimirum mi-
nuere, quia opera tanto graciora sunt
quanto magis voluntaria. Respondetur
quod sicut dicit beatus Ambrosius lex data est ad
intorium nec. nam quia cognicio boni
et mali que in statu nature instituta erat
sufficiens. quantum ad racionalem est per peccatum
obscurata dilectio boni quantum ad con-
cupiscibilem est diminuta. detestacio
mali quantum ad irascibilem est corru-
pta. Ideo precepta et prohibiciones date
sunt ad illuminacionem racionalis cognicionis

boni et mali / permissiones priorum
ad inflammacionem concupiscibilis respe
ctu boni · continuacionem suppliciorum ex
citacionem irascibilis ad detestacionem
mali Insuper quia homo ex sola institu-
cione obligatus erat ad serviendum deo ·
grates agendo · diligendo et huiusmodi ra
cionale erat sibi dari mandata ne se
crederet non esse debitorem et ut sic pec-
caret si non serviret unde ambrosius super
illo Ro. vij. peccatum non cognovi nisi per le
gem dicit peccatum lateret si lex non esset Ad
obiecta dicitur quod mandatum solum occasi
onaliter operatur peccatum · sicut ibidem dicit apo-
stolus · sicut eciam sciencia inflat · Cum enim
mandatur aliquid vel prohibetur tunc
homo cogitat de eo · Cogitacio autem de re
nisi caute agatur est occasio videndi
eam considerandi et in ea delectandi
sic in eva contigit Ad aliud dicitur quod ob
ligacio ad bonum non repugnat libertati
ymmo nec impossibilitas peccandi sicut patet de
deo vel de angelis · sed bene repugnat li
bertati peccandi · posse autem peccare
secundum anselmum nec est libertas nec pars liber-
tatis et ideo negatur quod mandatum cogit
Secundo tangitur declaracio expressio cum dicitur
mandata tua · non mandata hominum nisi
de quanto conformia sunt divinis vel auctoritate
dei per eius vicarios sicud et eciam tunc ma
gis dei sunt quam hominum quia dei quam hominum
unde math. xv. Sine causa colunt me docentes
doctrinas et mandata hominum et ibidem ar
guuntur qui transgrediuntur mandata dei
propter tradiciones hominum quas tradiciones
dicit non mandata · Convenienter autem deus
mandat mandata sua primo quia sunt pla
na ad intelligendum unde secundum hugonem omnia
precepta moralia sunt que de dictamine
iuris naturalis et secundum hoc quodammodo scri
pta sunt in cordibus hominum Ro. ij.
Gentes ipsi sibi sunt lex habentes
opus legis scriptum in cordibus suis
De utrono · xxx · Mandatum hoc quod ego
precipio tibi non supra te est neque procul
positum sed iuxta est sermo valde in
ore tuo et in corde tuo unde mandatum
hoc dicitur quod in manu tua datum Secundo
sunt dulcia ad meditandum psalmo cxviij o
vel dulcius quam exercebar in mandatis
domini Tercio sunt salubria ad narrandum
unde in psalmo quanta mandavit
patribus nostris nota facere ea filiis suis
Et subditur ut ponant in deum spem
suam et non obliviscantur operum dei et man
data eius exquirant · ne fiant sicut
... Salubritas ut confidant in deo
et declinent a malo Quarto sunt levia ad
implendum prima Joh. v. hec est caritas
dei ut mandata eius custodiamus
et mandata eius gravia non sunt Quinto sunt
meritoria ad vitam eternam unde math
xix. Si vis ad vitam ingredi serva man
data Tercio tangitur subiectiva imple
cio cum dicitur custodivi · passive et non active
custodire · quia deus principaliter agit
ad phil. ii o, deus est qui operatur in no
bis velle et perficere et nos agimur
unde apostolus Ro. viij. Qui spiritu dei aguntur
hij filii dei sunt · Et Johannis primo dicitur
dedit eis potestatem filios dei fieri Man
davit autem singulariter mandata custodiri
non solum fieri vel perfici debent · Et man
data dei custodiri · primo in intellectu
ut recte et non male intelligantur · unde 3o
regum 2o observa ut custodias manda
domini dei tui et subditur · intelligas
omnia que facis · Huic de malo dicitur noluit
intelligere ut bene faceret · Secundo in memoria ut
non oblivioni tradantur · proverbiorum 3o fili mi
ne obliviscaris legis mee et precepta
mea custodiat cor tuum · Tercio in af
fectu ut non contempnantur · mat xix Via

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

que p superbiam aliquid commisit sive
civis sit ille sive peregrinus qui ad
usus domini rebellis fuit peribit de populo
suo verbum n. domini contempsit et precep-
tum illius fecit irritum / Ideo necesse
factum ut non negligant de petro vin-
cam ne qui obliviscaris domini dei tui
et negligas mandata eius / 3o sine
defectu ut scilicet permaneat et perseveret
in omnibus usque ad finem qui n. unum non
custodit tunc perdit omnia quo admittit
Ezechielis 18 qui offendit multa bona
perdet. sed qui perseveraverit usque in fi-
nem hic salvus erit / Quartam patet
expressiva requisitio tangit cum dicit ni-
mis quia vel nimis mandavit eo quod ni-
mis frequenter in veteri testamento / glo(sa)
per apostolos et prophetas et per eosdem sepe et
de novo. vel nimis mandavit quia
servantibus vult dare ultra a condignum
nimis magna premia. et non servantibus
eterna supplicia. quibus non ultra modum
viget talibus vel premiis vel suppliciis
vel nimis. secundum glo(sam) quia sic vult ma-
data custodiri ut nec unum iota pretere-
at. quia qui offendit in uno factus est
omnium reus. vel nimis quia super quam pa-
titur natura carnis. quibus n. potest toto corde
diligere cum propheta loquatur de velamine
me carnis meum et ipsum non est meum. non
capitur aut secundum glo(sam) nimis plus quam
oportet sed pro valde unde b. augustinus dicit
quod in greco et in aliquibus latinis codici-
bus non habetur nimis sed valde. et illud
est planum quia valde debet custodiri quia
sine dubio plus oportet saltem secundum
intendere deo et observationem mandatorum
eius. quam cuiusque rei vel artium et nulli
plus vel eque. ergo nimio dicitur in superlativo
nimis et valde quia plus quam aliquid
aliud debent custodiri et ideo repperitur
omnium aliorum excellentius vel nimis quia
omnes homines ad ea sine exceptione ob-
ligantur vel nimis quia indispensabilia

eo quod nullo n. licet de eis dispensare
Pro declaratione ulteriori hec ponitur
hec 9o ultima ad salutem consequendam
non sufficit mandata implere secundum
literalem sententiam / unde quia hic non esset ea
implere nimis sed parum. et hic salvator
dicit. Nisi iusticia vestra scilicet in legis
impletione plus habundaverit quam scribarum
et phariseorum non intrabitis in regnum
celorum, unde iam non sufficit non occidere sed
requiritur non irasci. non sufficit iam non
mechari et non concupiscere uxorem pro-
ximi. sed requiritur ut nec ipsa faciunt ex-
tra eam ea intencione ut concupiscetur /
hec n. spiritualis in illa lege prohibentur
Sequitur patet primo quod non mandata obser-
vari plus sunt precepta quam prius fue-
runt. patet ex hoc quod dicit nimis. et ex decla-
ratione questionis unde dicit ambrosius non solum
mandat custodiri. sed custodiri nimis.
qui hec mandat, in paradiso mandat.
Ade sua mandata custodiri. sed forte non
mandavit nimis et ideo vere miseris
flexus lapsus est. a serpente deceptus.
putans quod si in aliqua parte recederet a ma-
dato non penitus erraret. sed quia scilicet
a semita recessit mandatorum totam viam
deseruit. Quia ergo existens in paradiso
lapsus erat. dominus postea prophetas. per legem
parat. per apostolos et predicatores ut nimium
custodies mandata domini dei tui. hec ille
et ergo Secunda dicit nimis non dicitur superflui-
tate. sed magnam obligationem Sequitur patet
quod nec verbo adimus mandatis et discedendo
unde quia omne verbum quod locuti fuerint
homines reddent de eo rationem. patet secundo cita.
mandata dei nulla dissimulatio admit-
tenda Sed n. non vis errare noli dissi-
mulare. patet 3o quod nullo modo a via manda-
torum est recedendum. quia nec ore. nec
cordis dilatione. nec aliquo opere. Ex-
quo nec unum iota preter unius aper

pteribunt de lege donec omnia fiant
propter quod dicit ambrosius Si in via man
datorum ambulas vix tutus es quid
facies si te extra viam vagantem
dyabulus invenerit Ex quibus patet quod imp
lecio mandatorum in nova lege diffu
sior est quam in antiqua quia lex
nova multa superaddidit Secundo se
quitur quod obligatio ad preceptorum imp
lecionem districtior est nunc quam erat
tunc et racionem dat Alexander propter maiorem
elucidacionem et propter affluenciam gracie
uberiorem Ex quibus patet quod nova lex
non ideo dicitur omnis levis quod preceptorum
eius levior esset obligatio vel imple
cio non ita diffusa sed quia eorum
implecio est facilior ex gracia data

Utinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificaciones

Positis motivis inducentibus mentem
ad bene se agendum circa legem dei hic
ponit desideria mentis inducte Primo quod
desiderat ad bonum dirigi in agendorum
execucione Secundo desiderat excludi
obprobrium in mandatorum perscrutacione
ibi Tunc non confundar Prima pars in
duas partes dividitur Primo enim desiderat
prevencionem dei ad bonam hominis actionem
dicens Utinam Secundo desiderat donum
dei adiuvativum hominis requisitum quod
ad Custodiendas dicit ergo Utinam ac si dicat
Ex quo magna mihi est quod immaculate
ambulare in lege ideo opto et desi
dero ut ad hoc dirigantur vie mee unde
glosa dicit hic Iste mandate legem accepi
sed eam perficere non valeo sine gracia adiu
vante et ergo Utinam dicit Augustinus Ubi audis
Utinam vocem optantis agnosce et su
perbiam presumpcionis depone Omnis enim
optat quod sic habet in potestate ut sine adiu
vamento illud posset efficere Ex quo elu
citur primo quod divinorum mandatorum

notificacio non sufficit pro homine stabilimen
to Licet enim deus mandavit mandata
sua custodiri nimis tamen ex hoc quod
illorum implecio est instabilis iuxta illud
Nunquam in eodem statu permanet Tamen
non obstante obligacione precepti homo
propter arbitrii libertatem deviat iuxta
quod de illis dicitur Ambulaverunt in invio et non
in via Secundo sequitur quod ultra preceptorum
notificacionem ad iusticiam faciendam requiritur
adiutorium dei Unde Augustinus contra Pelagium re
probat illos qui dicunt quod dei precepta co
gnita solis viribus implentur ita
quod deus non aliter nos adiuvat ad faci
endam iusticiam nisi quia sua precepta no
tificat unde propheta Tu mandasti man
data tua custodiri nimis subiungit Uti
nam Ita quod non prius optavit dirigi per
auxilium ad faciendas iusticias nisi ac
ceptis mandatis et apostolus manifeste
dicit quod concupiscencia per mandatum mortem
operatur si non assit divinum adiu
torium et hoc innuit littera unde Utinam id est
opto et desidero ut dirigantur scilicet a te du
ce recto et circumspecto vie mee id est desideria
locuciones et opera que tortuosa sunt esse
nisi tunc rectificarentur ab illo a quo de
datum optimum et omne donum perfectum descendit
Ex quibus tercio habetur quod non est in potestate ho
minis diligere gressus suos dirigere in di
vinis mandatis hoc est Ieremie x capitulo ubi
dicitur non est hominis via eius nec viri ut am
bulet et dirigat gressus suos Sed ut
proverbiorum dicitur xvi domini est dirigere gressus
hiis deductis sic ponitur hec prima conclusio
et si in statu nature corrupte homo potest agere
aliquod bonum particulare non tamen potest agere
totum bonum sic quod illi bono nichil deficiat
sine gracia adiutrice Conclusio est de inten
cione littere directe et est in forma beati Tho
me prima secunde questio cix Racio huius prima pars
ipsius est hec quia licet natura per peccatum

Et movetur questio hec pro declaracione pre
missorum Utrum sine gracia implecio dei mandatorum ... sufficiat ad evasionem eterne confu
sionis et derelictionis divine

sit corrupta non tamen sic ut toto bono esset
privata. Potest ergo homo facere multa
bona de genere. Sed quod actum nichil defi-
ciat hoc homo ex natura habere non potest quia
totalitas bonitatis non est connaturalis homini.
Et deducitur sic. Nam si homo debet actum
sine defectu facere oportet ut eum faci-
at secundum rectam racionem modo rectitudo
racionis intricata est per culpam. Item eciam
fortitudo debilitata est et tamen temperancie
que ponit modum corrupti sunt per culpam. Et
quando homo faciet iuste opus ex natura ex quo
iusticia non est alicunde nisi per fidem Ihesu
Christi. Et dato quod omnia hec homo habere posset
ex natura tamen actus non potest deo acceptus
esse et approbatus nisi mediante gratia quia
et in statu innocencie homo indigebat divina
gratia ad hoc ut opera eius essent deo ac-
cepta. Ex qua conclusione ita deducta se-
quitur. Hec primo quod directio actuum in fi-
nem debitum per rectam intencionem soli deo
principaliter attribuitur. Hec est beati Thome ubi
supra q. xii. articulo 1. Ubi dicit intencio sit ten-
dere in aliquid. In aliquid autem tendit et
actio moventis et motus mobilis. Sed hoc
quod motus mobilis in aliquid tendat ab
actione moventis procedit. Et propter hoc inten-
cio primo et principaliter pertinet ad illud
quod movet scilicet ad ipsum deum. Hec ille. Unde
licet intencio sit voluntatis vel ipsius volun-
tatis actus hoc tamen non est nisi ut directa
vel directus in finem. Unde et dirigi dicitur cum
ab uno mittitur ad aliud. Dicere ergo dirigan-
tur vie mee, nichil aliud est nisi petere ut opera fiant bo-
na et recta intencione. Licet ergo in beatitudinem
tendere homini sit naturale tamen se solo homo non potest
ad illud attingere nisi tamen adiungetur
aliquo quo homo supra se levaretur quia ultimus
finis metas excedit humane condicionis.
Licet in hoc per medium sit homini posset enim
sic autem quelibet creatura iuxta possibi-
litatem suam tendit in suum finem et homo non
ergo sit in hoc homini per medium et tamen non quia
non est hoc ex defectu hominis sed est ex excel-
lencia finis. Secundo sequitur et si homo ex
arbitrii libertate faciet que precipiuntur vitat
penam non tamen meretur gloriam. Nullus enim est
actus sub preceptis conclusus quem homo suis
naturalibus facere non posset in evasionem pene
quia lex solum punit transgressores et
patet hoc examinando per singula precepta. Sed
nullis operibus homo gloriam meretur nisi
illis que ipsi glorie aliquo modo essent
proporcionata. Certum est quod proporcionem habere
non possunt nisi ex dono dei. Ex quibus
consequenter habetur quod hii qui salvi fiunt non
solum actus sunt de precepto sed eciam a-
gendi modus. Quia ille modus proporcionem
facit inter meritum et premium non sufficit
ergo ad salutem agere hoc quod precipitur nisi a-
gitur modo hoc quo deus vult ut agatur.
Hoc est ex gratia seu ex caritate. Et hoc propheta
intelligens petit vias suas dirigi id est actus
suos petit primo eius adaptari quia singu-
lorum actus et si non sint de se viciosi quia
sunt de genere boni tamen non habent rectitudinem
in finem tendendi sine directione dei. Se-
quitur. Ad custodiendas iustificaciones tuas. Ubi
exprimit ad quid petit dirigi vias suas
quia ad custodiendas iustificaciones tuas non
illas quibus ipse deus iustus est. Quia non est
opus ut tales custodiantur a nobis se ipso
enim deus iustus est et iusticia sua est essencia
sua. Sed iustificaciones vocat illa dona
aut virtutes aut gracias quibus deus nos
iustos efficit vel ad iusticiam disponit seu
ad sinceram preceptorum impletionem inducit.
Tunc enim iusti efficimur cum dei precepta ad-
implemus. Unde advertendum quod divina precep-
ta istis implentur donis et virtutibus.
Primum impletur dono spei. Secundum dono fidei.
Tercium dono caritatis. Quartum virtute pie-
tatis. Quintum dono mansuetudinis. Sex-
tum virtute continencie. Septimum virtute liberalitatis.

Octauum virtute vitatis Romam et deum c(on)
pletur excellencia sanctitatis. Petit ergo
psalmista vt hec dona quibus precepta imple-
tur custodire posset. et racio. quia dona
ista sunt quidam thezaurus quo nichil precio
sius potest haberi. Sunt autem custodienda pro
a rubigine torpentis inercie. Vnde et hilarius
in primo de consideratione. Nichil tam fixum
est contra animum quod neglectu et tempore non abolescat.
Quando namque virtutes per exercicium et v-
sum acquiruntur. sic per negligenciam amit-
tuntur. Propterea hylarius sic in dono fidei exerce
quo veniet ad donum sciencie. per fidem et sciencia
exercere quo veniet ad donum intelligencie et
sic de aliis. Et quia homo operando secundum
dona dei potest incidere in abyssum superbie
Ideo custodienda hec dona sunt a tinea
vane complacencie seu glorie. Quando enim
tinea ex veste oritur. sic viciosa gloriacio
ex bono opere consurgit. Tercio custodienda
sunt a furibus vt nullus motus nullus
affectus nulla occupacio intrare que nos
ab exercicio illorum donorum abstrahere poss-
sunt. est quod proverbiorum quarto dicitur. Omni cu-
stodia serua cor tuum. Super quo dicit bernardus
Ex omni parte muniendum est. in sursum supe-
rius ante retro. ad dextris a sinistris.
Sursum namque impugnat concupiscencia carnis que con
cupiscit aduersus spiritum. Superius acceterea
pietates retro mortifera delectacio ex re
cordacione preteritorum peccatorum. Ante insta
cia temptacionum. Ad dextris prospera. a
sinistris aduersa. Hos namque fures addit quon-
iam potest princeps demoniorum de quo Iohannis
x. dicitur. fur non venit nisi vt furetur et ma
ctet et perdat. et luce viii de ipso dicitur. Venit
dyabolus et tollit verbum de ore eorum ne
credentes salui fiant etc.

Tunc non confundar cum per
spexero in omnibus manda
tis tuis. Et continuacio sic. Superius petit
dirigi ad bonum in agendorum exerci-

cione. Hic ponit illius peticionis motiuum
petens a se excludi obprobrium in man
datorum prostitucione. Et tamen implicat
Primo mandatorum implecionem dicens
cum perspexero. Secundo ad implecionis
vniuersitatem cum dicit in omnibus mandatis tuis.
Tercio implecionis vtilitatem quia tunc non
confundar. Acsi ergo dicat. non frustra peti
ui ad custodiendas iustificaciones tuas di
rigi quia tunc non per perspexero. id est non solum
aspexero legendo. audiendo et intelligendo.
sed quod perfecte inspexero scilicet adimplendo
iuxta illud Iacobi ii. Qui autem perspexerit
in lege perfecte libertatis non auditor obli
uiosus factus. sed factor operis hic beatus in
facto suo erit. Et subdit in omnibus man
datis tuis non in aliquibus solum quia Iohannis
ii. dicit. Si quis totam legem seruauerit offen
dat autem in vno. factus est omnium reus. Tunc
non confundar nec deprimi scilicet erubescencia
vel rubore confusionis. Quia vt Gregorius dicit
Lex dei est sicut speculum in quo si quis
omnia membra videt pulcra gaudet
si autem videt vnum membrum aliis non con
forme vt nasum simium vel nigrum ocu
lum confunditur et tristatur. Sic eciam cum homo
considerat se impleuisse totam legem
nullam habet erubescenciam de deformitate
vite sue quia implecio legis totalis inci
piua est beatitudinis presentis. Iuxta illud. Hoc
fac et viues. Si autem alio considerat sibi
deesse aliquid perfeccionis sine tristicia
non est. sicut ille adolescens qui audiens
a Christo. Si vis perfectus esse contristatus
est. Et ex hoc sequitur hec primo quod non
est sine confusione qui non debet imple-
dei precepta primo ea vult discere. Vnde
numquam vt Gregorius dicit in pastorali. Qui subditi
aliquid a pastore volunt inquirere ig-
nominiosum est. si tunc querat discere. quia
dum querit enodare. sic non est absque con
fusione cum homo primo vult addiscere. quia

iam debuit implevisse. Secundo elicitur confusio ex eo quod elatio cordis hominem deducit sepe ad notam confusionis et hoc contingit duobus modis. Primo quia homo putat se implevisse divinam voluntatem et tamen non implevit eam, et de hoc dicitur Ieremie l. ii. Confusus est omnis conflator in omni sculptili, quia mendax est omnis conflatio eius. Quia conflans et fingens se mendaciter talem esse qualis non est per flationem superbie necessarium est eum confundi, quia ut nullus dicitur sciens qui sibi arrogat scientiam, sic etiam nullus dicitur iustus qui putat se iustum et non facit iustitiam. De talibus dicitur ii. Thimo. iii. Semper discentes et numquam ad scientiam veritatis pervenientes, unde ut Ysidorus dicit li. iii. de summo bono, quamvis huiusmodi videantur sapientes in superficie, archana tamen veritatis medullitus non tangunt, quia nube superbie impeditur. Secundo contingit quod quis scit se non implere legem et tamen vult reputari ab aliis tamquam implens legem, confunditur enim quis quando videt se debuisse aliquid facere et talis reputatur et tamen videt se non fecisse, talis enim quilibet quasi ydolum quod pro deo colitur et tamen non est deus. Unde Bernardus in epistola contra talem quemlibet loquitur dicens. Venerari me venerari non quod sum sed quod putor, et subdit: nequaquam tunc veneror, sed nescio quid in me pro me quod non sum ego, immo certissime scio quod in me veneraris quod nichil est, quia procul dubio nichil est quod putatur et non est, non sic quod ego qui ad nichil sum, sed quod in me creditur nichil est, et subdit et hoc vanum est quod quemquam mendacia tacere quod est et predicare quod non est. Quid ad ista dicemus nisi quod vani filii hominum mendaces in stateris ut decipiant ipsi de vanitate. Tercio sequitur ex hiis quod non est aliquis a confusione qui non facit quod videt se facere debuisse manifeste. Unde

confundi quis qui ex sacra scriptura clare videt deo se subtraxisse famam et gloriam quam se reddebat de occulto conscientie occultare et per hoc evadere, unde dicit hic Augustinus: Confundi hic si mandata inspiciat que non facit, et Ysidorus li. iii. de summo bono tractans huius capitulum dicit: graviter unusquisque confunditur qui mandata dei vel legendo vel audiendo conspicit que vivendo contempsit. Corde enim reprehenditur cum mandatorum meditatione docetur quod non implevit opere quod divina didicit instructione. Sed quisque corde suo reprehensus confunditur quia id quod non agit et agere debuit memoratur, et teste conscientia reatus accusatur. Propterea quia sentenciose in petitione petit non confundi intuendo mandata dei. Hiis sic deductis ponitur hic sua conclusio ad evasionem confusionis eterne necessaria est impletio omnium mandatorum dei, patet ex illo Eccli. xxiiii. ubi dicitur: qui me audiunt non confundentur, et qui in me operantur non peccabunt, ubi interliniaris dicit: cum maneant in deo eterna mercede coronabunt. Et vero istius conclusionis est quod omnia mandata dei reducuntur ad duo iuxta illud: In hiis duobus mandatis tota lex pendet et prophete, et notat mandata illa que sunt de dilectione dei et proximi, et hec duo reducuntur ad unum iuxta illud apostoli: Qui proximum diligit legem implebit. Modo certum est quod numquam non potest fieri ab homine quin ut unum mandatum impleverit. Et ita etiam declaratur eo modo quod illud mandatum unicum in quo omnia consistunt resolvitur in duo, quia proximus non potest diligi debite nisi diligatur deus. Unde ergo sicut Augustinus dilectio proximi ex dilectione dei originatur. Et hec duo secundum declarationem Gregorii in decem diffunduntur, quia preceptum de dilectione dei efficitur in tria precepta prime tabule, et preceptum de dilectione proximi in septem secunde tabule.

37

Ex qua connexione sequuntur hec. Primo ex
hoc quod omnia mandata divina unum
sunt et plura ad invicem sunt connexa,
unum sunt quia sunt in radice caritatis,
sed plura per exhibitionem operis. Sicut enim ex
uno stipite multi rami procedunt, sic
ex una caritate multe virtutes generan-
tur, per quas habent impleri mandata dei.
Et secunda patet de omnibus. Sicut enim omnes
virtutes morales connexe in prudentia, sic omnes
virtutes gratuite seu christiane sive meri-
torie concurrunt in caritate. Propter quod Am-
brosius caritatem vocat matrem virtutum. Et
exinde trahitur quod qui implet caritatis
preceptum formaliter implet omnia habi-
tualiter, et qui illud non implet nullum
aliud implet, quia sicut dicit vera questio
qui habet unam virtutem habet omnes. Et qui
unam caret nullam habet. Secundo sequitur. Et
si precepta habeant connexionem, non tamen
oportet quod habens unum preceptum implendo
omnia alia impleat actualiter pro tempore illo,
sed sufficit quod alia non prevaricetur. Sicut
enim non oportet quod qui habet unam virtutem
actum et exercet se in ea quod etiam exerceat
se in actionibus aliarum virtutum, sufficit
enim quod alias habeat secundum habitum,
scilicet quod possit exire in earum actus cum oportet
opus, quia homo simul et semel pluribus
intentus esse non potest, ut communiter ponitur. Sic qui
exercet se in activa vita non oportet quod a-
ctualiter sit in contemplativa, immo simul
et semel exercitia istarum habere non potest
quia exercitium unius vite impedit exercitium
alterius, sed sufficit quod careat obice seu
impedimento quo existente ad illam perve-
nire non posset. Tertio sequitur. Et si unius
precepti transgressio incurrit confusionem etiam
omnium, transgressor plurium patitur maiorem
penam. Prima patet de Ambrosio super illud
qui dicit: Custodiamus mandata domini
et custodiam omnia, nam si quis unum custo-
dierit et aliud prevaricetur nichil ei prodest.
Ponit exemplum de seculari iustitia, quia de-
prehensus de uno crimine punitur, etiam si eum
de alio non invenerit. Sicut enim quis custodit
se a sanguine et non custodivit se ab
adulterio, si de uno fuit convictus utique
punitur etiam si de altero non fuit depre-
hensus. Secunda patet, consequentia est de
pena sensus, quia qui prevaricatur unum pre-
ceptum et qui prevaricatur plura utrique
dampnum patitur quia uterque divina vi-
sione privatur, attamen prevaricator plurium
preceptorum maiorem penam sensus patietur,
quia secundum exigentiam delictorum erit pla-
garum modus. Et sic exponitur illud: Offen-
dens in uno fit omnium reus, id est pro uno di-
vina visione privatur sicut pro omnibus. Se-
cundum perspexero, ubi servanda tanta dili-
gentia. Actus 8. Certum est quod perspiciendo
perfecte videbo omnia quoniam in precepta
sunt. Summa si hic non perspexero volun-
tarie et delectabiliter, tunc in iudicio
finali invite necessario et penaliter. Dicitur enim
Apocalypsis xx: Libri aperti sunt et alius li-
ber qui est vite apertus est. Super quo dicit
Augustinus: Iste liber vite quedam vis est intel-
ligenda divina, qua fiet ut cuique quod
opera sua bona vel mala in memoriam
revocentur, ut accuset vel excuset con-
scientia sua, atque ita simul omnes et singuli
iudicentur. Hec ille. Nunc libri accepit
exinde, quia in ea quod modo non legitur et ca-
[illegible] recoluntur. Hec ille. Et Gregorius xxx-
iii Moralium: Libri aperti referuntur
quia illorum vita tunc conspicitur in quibus
mandata celestia opere impressa cernuntur.
Ut ergo propheta timuit non confundar cum
perspexero in omnibus mandatis tuis, quasi dicat:
si necesse est confundi, melius tamen est
confundi nunc quam tunc, quia Ecclesiastici iiii dicitur:
Est confusio adducens gratiam et gloriam.
Nam qui perspexerit in lege perfecte libertatis

Hic beatus ꝯ facto suo erit Jaco. i. vel
non confundar cum pspexero sz hic
ꝯ via pfecte inspexero multi n(on) cofun
dunt(ur), quia solum supficialiter diuina
mandata intuent(ur) et non pfecte oīa
in eis prospiciunt Et ideo Jaco. i. dr au
ditor v(er)bi et non factor comparabit(ur)
viro ꝯsideranti vultum natiuitatis sue
ꝯ speculo et postquam abijt oblitus ē
qualis fuit Non sic est de illo qui oīa
pfecte respicit quia talis nequaquam
sine cofusione manet Vnde daniel iii
dr Azarias consideratis peccatis su
is et aliorum dixit Confusio et obpro
brium facti sumus seruis tuis et hijs q
colunt te et premium herede vp Confu
dor et erubescor leuare faciem meam
quoniam iniquitates nostre multiplicate sunt
Aliter expon(itu)r littera hec non optatiue
sed indicatiue v. d. Exquo beati sunt
qui scrutant(ur) testimonia tua tunc
vz non per pspexero + inspiciendo ꝯ man
datis tuis non transgrediendo ea ante
quam veniat iudicium Respice ii. dr a
procul respicio q(uasi) a remotis aspicio
sic procul video et prope video Tunc n(on)
faciet me cofusionem non habebit q(ui)a iusti
viuentes diuinum non confundent(ur) Confun
dent(ur) aut(em) oīs iniqua agentes su
peruacue vel sic Cum pspexero ꝯ man
datis i. diligenter ea inspexero tunc non
ꝯfundar tunc n(on) sciam quid agere de
beam scite male non agam q(ui)a oīs
malus ignorans quid et qualia oporte
at opari Est etiam v(er)sus hic contra illos
qui postquam modicum viderunt inmodi
cum ꝯ aliqua sua statum volunt esse
doctores ꝯ illa contra hos dr hic tunc
non ꝯfundar s. docere alios cum pspexero
non ꝯparte, sz ꝯ omnibus mandatis q(ui)a
ad docendum sine cofusione requi
rit(ur) diligens inspectio totius scripture

[illegible]

Confitebor tibi in directione cordis ideo q(uod) didi
ci iudicia iusticie tue et cetera. Sic
Postquam psalmista descripsit motiua ad
debite se habendum circa legem dei et de
scripsit mentis p legem inducte hic
iam ponit desiderantis animi votum
ꝯpositum, et primo ad emendandum
mala, 2o ad faciendum bona ibi iu
stificationes tuas custodiam. Supra pte
tangunt(ur) circa primo salubris boni co
gnitio cum dr Cofitebor tibi. Secundo illius
conceptionis mentalis radicatio q(ui)a ꝯ di
lectione cordis. Tercio vtriusque realis co
(nsummatio) cum dr in eo q(uod) didici etc. Et secundum vtrumque
v(er)sus iste expon(itu)r de cofessione laudis
de qua illud Eccli. hoc dicetis ꝯfessione
opa dni vniuersa bona valde et est sensus
suorum Confitebor tibi ac si diceret
laudabo te quia direxisti cor meum ad
bona opa et quia fecisti me intelligere
tua mandata. Hec n(on) q(uod) dr hic in eo quod
didici iudicia iusticie tue cum esset ac si
diceretur quia docuisti me cognoscere oīa
illa que iudicas fieri iusta esse. Po
test exponi cum de cofessione criminis de q(uo)
illud in psalmo dixi cofitebor aduersum
me iniusticiam meam domino, quoniam de cofes
sione laudis de qua Math. xi. Confi
teor tibi pater celi et terre quia abscondisti
hec a sapientibus etc. Exqua expositione
sequit(ur) q(uod) vtraque cofessio non est parue
vtilitatis. Non q(ui)a ꝯfessio criminis valet vz
ad expiacionem totius iniquitatis, sed
ꝯfessio laudis valet ad cautionem pecca(torum)
futur(orum), dr ergo cofitebor ac si diceretur Ex
quo qui opantur iniquitatem non ambu
lant in viis dni ideo ad expianda pecca
preterita volo ea cofiteri et ad cautionem
futurorum volo insistere tue laudi. Et ex
hic patet oritur q(uod) cofessio criminum non
repugnat cofessioni laudis diuinarum

Sequitur utrumque confessionis et ita bo-
num consonat alteri. Et ratio est istius
quia confessio criminum cedit in laudem di-
vinam quia cum confitemur reatum nostrum et
veniam petimus ipsum deum clementem offen-
sum et per consequens misericordiam recepturum nobis
et misericordem designamus. Unde Richardus
de maiori contemplatione dicit multum
commendat bonitatem dei non solum largi-
tas sua sed etiam iniquitas nostra. Et id
magnum est nil pro meritis gratis im-
pendere bona, quale quantum est etiam tri-
buere bona pro meritis mala. Confite-
amur ergo illi mala nostra, confiteamur et
illi bona nostra, confiteamur a nobis esse
mala nostra ut pie ignoscat, confitea-
mur illi bona nostra ut misericorditer auge-
at ea et conservet. Et ex inde statim sub-
oritur secunda confessio criminum quare utilis
est possit actu non fieri. Supra tamen dicitur suppo-
sito secundo quod sit utilis patet quia secundum Ri-
chardum ubi supra quod confitens peccata
sua rotunde effatur ne de venia indul-
ta vel ne de gratia concessa ingratus appa-
reat. Magna enim gratia dei est et con-
fessionis utilitas quod cum pro culpa pro qua
mittetur homo in iudicio divino coram to-
to mundo confundi deleatur condemnari
per confusionem tolleratam in confessione
factam vel deo soli vel homini loco dei.
Unde dicit Confitebor tibi, quia si homo con-
fitetur homini non tamen homini sed ut vica-
rio dei. Et hinc est quod confessor debet au-
dire in confessione peccata dicere sed ea ne-
scire quia non testem adducitur vel ad per-
hibendum testimonium non vocatur ut confes-
sor sed ut homo. Et non dicit hic con-
fiteor, sed dicit confitebor in futuro
quia licet homo qui peccavit mortaliter
possit sine confessione salvari, non tamen
sine voluntate confitendi actuali
vel habituali. Et quidam doctor ponit
duarum inter voluntatem confitendi ha-
bitualem et virtualem. Habitualem dicit
absolutam inclinationem et ista non sufficit pro
salute. Unde posito quod aliquis acquisivit
habitum confitendi omni septimana vel co-
tidie et hodie cadat in peccatum mortale
certum est quod per hoc tempus non perdit illud ha-
bitum, tamen non sufficeret sibi ad salu-
tem nisi tamen haberet voluntatem confitendi
saltem in tempore competenti ut intenderet facere
omnia que cumque deberet pro illius peccati
evasione. Et hec tamen dicitur voluntas vir-
tualis, que non actualis est secunda. Habet
quidem actualem sed virtualis dicitur ratione illius
quantitatis que multa spacia includit.
Sequitur in directione cordis id est rectitudi-
ne intentionis vel dilectionis, sed quare
de hiis duobus exponitur quia sine istis
neque confessio criminis neque confessio laudis
vera potest esse. Unde dicit Gregorius de intenci-
one, si perversa est intentio, pravum
est omne opus quod sequitur, quamquam rectum
videatur. Et de dilectione dicit apostolus
i Cor. xiii. Si caritatem non habuero
nichil mihi prodest. Glosa tamen exponit hic
de confessione laudis predicta directione
ipsius intentionis in operibus bonis.
Exponit autem propositum confitendi
cordis directioni, quia Proverbiorum xxviii dicitur
Qui abscondit scelera sua non diri-
getur, qui autem ea confessus fuerit et re-
liquerit misericordiam consequetur. Ubi ita
deductio ponitur. Hec tria. Concludit per
quodlibet opus bonum homo evadit confusionem
etiam et meretur gloriam, nisi tamen fuerit per
inter relationem in illam. Sit autem relatio
quatuormodis. Primo per rectam intentionem. Se-
cundo animo sic spiritus movet corpus
de non hiis habetur in psalmo dicit Beneve-
rans pura est que non direxerit cor
suum et non est creditus cum deo spiritus
eius. Secundo per affectionem puram.

vel dilectionis 2ª Thimo iii Dominus dirigat
corda vestra in caritate dei Tercio actua
li cogitacione ps Meditacio cordis mei
in conspectu tuo semper Et Sap v Cogitacio
illorum apud altissimum Quarto deside
rio et oracione unde id ps Dirigatur oracio
mea sicut incensum in conspectu tuo Pri
mis duobus modis sufficit directio ha
bitualis vel virtualis Plenius duobus
fit actualis Et patet veritas huius conclusionis
ex dicto Ambrosii dicentis Intencio impo
nit nomen actui et etiam quia actus a fine
recipit suam denominacionem Non est enim
possibile quod homo illud mereatur quod nol
let et quod ex suis operibus ad illud veniret
quod non intenderet Sic enim gloria eterna
veniret homini sine fide que intencionem
dirigit et sine spe que ad eam erigit
quod non est dicendum Et advertendum pro
declaracione istius materie quod relacio est duplex
quia quedam est operis et quedam operis
facientis Ex debito operis omnia opera
saltem spiritualia in deum debent referri
Iuxta illud Attendite ne iusticiam vestram
faciatis coram hominibus ne videamini ab eis
Ex debito vero facientis ibi erit distinctio
quia multa opera sunt quorum liberum arbitrium
non est principium et quorum nos domini non
sumus ut sunt actus potencie nutritive
et augmentative et respirative Isti quia
non subiciuntur arbitrio racionis non tenemur
eos referre in deum Sed acciones illarum
virium que racioni subiciuntur et obediunt ar
bitrio racionis ut sunt actus apprehensive sen
sibilis et motive et manducative cogita
tive elective et interpretative tenemur in
deum referre primo racione ipsorum operum qui sunt
sub racionis imperio que referre et habet referre
et etiam consideracione finis qui est deus
Omnium enim finis est ultimus et principaliter
intentus Tercio racione obligacionis nam
racionalis creatura omnia sua opera in deum
tenetur offerre Unde ad Coloss iii Omnia
quecumque facitis in verbo aut in opere omnia in
nomine domini facite Ubi glossa id est ad gloriam dei
non vestram Et non solum que facitis verbo
aut opere sed omnia ut sunt cogitaciones
affecciones desideria et si aliqui motus
sunt in anima Ex hac notabili sequitur huius
sensus conclusionis quod omnia opera nostra que
subsunt arbitrio racionis et quorum nos
domini sumus si per ea mereri debemus oportet
quod ea recta intencione faciamus Si enim
actus noster corporis id est omne quod facimus
~~tenebrosum~~ [nequam] fuerit id est ex intencione per
versa totum corpus id est congeries operum te
nebrosum erit Si autem bonus totum cor
pus lucidum erit et sicut fulgur illu
minabit te Cassiodorus super psalmum Confessionem
et laudem debemus precedere ex directa inten
cione Ex conclusione sequitur hec propositio quod
nullo modo opera spiritualia debent in finem
temporalem referri Et racio quia sic quod me
lius est ordinaretur in id quod vilius
est quod est vituperabile Ex quo patet et
si quis predicacione sustentacionem corpora
lem mereatur ipsa tamen non debet esse in inten
cione predicantis Prima pars patet ex illo
Dignus est operarius mercede sua Luce
x Secunda est Augustini in sermone domini in mon
te qui dicit Non debemus evangelizare ut man
ducemus sed manducare ut evangelizemus
Nam si quis facit oppositum non evangelium
diligit sed precium Ex quo patet quod licet
predicacio bonum opus sit detur peccatum tamen
intencione perversa predicantis Secundo et si
aliquis corporale opus in finem corporalem
ordinatur finaliter tamen ordinandum est in deum
Prima pars patet ut si quis fodit in vinea et
acquirat pecuniam Secunda patet ut si quis
ordinet istum finem in deum scilicet acquirere
pecuniam qua in divino servicio se sustentet
prout etiam docet apostolus operetur manibus
suis quod iustum est ut habeat unde

tribuat necessitatem pacienti Nec ibi
sunt fines duo sed unus quia unus in ali-
um ordinatur Ex quo sequitur primo quod nun-
quam actus ponendus est in cre-
atura excludendo creatorem Secundo patet quod
idem actus potest esse pietatis et caritatis
ex hoc quod pietas in caritatem ordinatur
ut si quis vellet ire ad ecclesiam huius
actus finis potest esse ut videat fratrem et
hoc est pietatis Alius ut impleat vo-
tum et hoc est caritatis Tercio quod idem
actus potest esse ex natura et gratia ut si quis
subveniet isti quia homo quia conformis
in natura et quia est ad ymaginem dei
non tamen duo sunt fines eque primi quia
finis nature ordinandus est ad finem
gratie Corollarium tertium et si actualis inten-
tio non requiritur ad evadendum confusionem
requiritur tamen ad promerendum premium eternum
Primum patet quia habitus caritatis a dam-
natione liberat Secundus est multorum
doctorum et precipue petri de Tar
et bone venture licet beatus Thomas dicat
quod non requiritur actualis intentio ad pro-
merendum premium actualis sed virtualis dicit
tamen Alex. in scripto tertio et sic tenemur
actus nostros referre in deum quantumcumque
quantum super tallacionem actus ad finem
ad quem debet vis rationalis actum
ordinare Iste ergo deum laudat per direc-
tam intencionem insinuans quod directionem
habeat ex oratione et per instructionem Nam
secundum Augustinum intencio opus facit sed inten-
tionem finis dirigit et fidem scia Sua
non esse dicit Ambrosius quia fides non haberet quo
se ad opera dirigeret et quo se ad spem sub-
levaret etc. Advertendum tamen quod potius
actus referendi ut dicit Alex. de hal in
scripto tertio est duplex Unus est eos referre
ut in finem remotum et est in potestate rationa-
lis creature possimus nam ex potestate nature
actiones ad deum referre quod licet ad dicat

circumstancias tamen remote Alia referre
actus ut in finem proximum et hec solius
fidei et gratie prout iam deductum est

**Iustificationes tuas custo-
diam non me derelinquas**
usquequaque Postquam propheta descripsit de-
siderantis animi rectum propositum quo
ad evitanda mala hic facit idem quo
ad facienda bona Et quia secundum Augustinum
Nemo potest ad aliquod bonum pervenire ni-
si qui sponte conatur primo nunc adeo sub-
sidia recipit ideo consequenter hic habet du-
as partes primo enim propheta exhibet suam
diligentiam Secundo petit divinam assistenci-
am ibi Non me derelinquas Circa ad
primum primo tangit dani granditatem quod
iustificationes secundo dantis presentes quod
tuas tertio exhibet bonam voluntatem
quia custodiam et quarto subinfert pe-
ticionem dicens non me etc. Augustinus circa litteram
vult quod iste versus duo originatur
ex precedentibus petivit enim ut diri-
gerentur vie sue dicens Utinam diri-
gantur vie mee et confessus est
quod tunc non confunderetur tunc in direc-
tione cordis confiteretur et in con-
fessione indaretur Sed quid sunt hec
si non custodiuntur nisi sicut canis
reversus ad vomitum quia tunc fit impru-
dencior et sicut sus in volutabro lu-
ti lota quia tunc fit fetidior ideo dicit
custodiam hoc est conabor custodire
aut custodiam id est faciam ad custodiam
quod debeo facere custodiam ergo quantum
in me est Sed quid iustificationes tuas
secundum Crisostomum id est mandata quorum imple-
tio iustificat Primum in precepti implet
humiliatione vel que expellit superbiam
Secundum reverentiali timore qui expellit
audaciam Tertium pacificatione men-
tali qua omnis dissolucio ab animo remo-
vetur et in hoc hominis consummatur iustifi-

tacio vel sic iustificaciones tuas custodi
am .i. opera iusticie tue faciam misericordie iusti
ficaciones tuas requiram domine Et dicit
plurali propter multitudinem circumstanciarum que re
quiruntur ad opus bonum consumandum quarum
si una obmittitur fraus fit in opere bo
no unde maledicitur omnibus qui faciunt opus
domini fraudulenter Vel dicit plurali propter plu
ralitatem faciendorum quia numquam a bonis
est cessandum et continue proficiendum quia
ut Bernardus In via dei non procedere
est retrocedere non proficere est deficere
Vel iustificaciones tuas custodiam
illa per que fit iustificacio peccatoris
Et quatuor sunt quando hec sunt custo
dienda requiritur enim infusio gracie
unde dicit apostolus ad Romanos iii iustificati gratis
per graciam ipsius 2º requiritur motus
liberi arbitrii unde dicit apostolus dei ad
iutores sumus prime Corinthios iii et sic
operantes cum gracia dei unde prime ad Corinthios
xv gracia dei mecum hinc beatus Augustinus qui
te creavit sine te non te iustificabit
sine te et hic motus liberi arbitrii
est duplex unus quo per desiderium
tendat in deum et iusticiam alius quo
detestetur peccatum 3º requiritur motus
fidei unde apostolus iustificati ex fide
pacem habeamus ad deum ad Romanos vº
prima enim conversio ad deum fit per fidem
dicente apostolo ad Hebreos xi oportet
accedentem ad deum credere quia
est et remunerator sit 4to requiritur
remissio peccati ysaie 27a dimittetur
iniquitas domui Jacob et iste
omnis fructus ut auferat peccatum eius
licet enim illa omnia requiruntur non est tamen
intelligendum quod successive secundum tempus
fiant quia possunt simul fieri et illa
coniunctim fiunt unde beatus Thomas prima secunde questione
113 articulo v declarat hoc sic quia in
stificacio est quidam motus quo anima

movetur a statu culpe ad statum iusti
cie In quolibet autem motu requiritur primo
motio ipsius moventis motus mo
bilis et pervenire quod est motus con
summacio ex parte igitur dei moventis acci
pitur infusio gracie per quam movetur
liberum arbitrium ex parte vero liberi ar
bitrii recipitur motus ex recessu a termino
a quo per detestationem peccati et per ac
cessum ad terminum ad quem per fidem que
per dileccionem operatur sed non potest perve
nire ad deum nisi tollatur omne im
pedimentum medians scilicet peccatum medias
iniquitates enim vestre diviserunt inter
nos et deum dicit ysaie quia ergo omnia
hec custodienda sunt diligenter quod non
perdantur gracia per ingratitudinem et gra
rum accionem motus liberi arbitrii per
stabilitatem et non mutacionem motus fidei
per fiducie firmitatem et considera
cionem fluctuantis in alius dimissionem peccati
per occasionum peccandi vitacionem ideo dicit
iustificaciones tuas custodiam vel
iuxta intencionem Ambrosii .i. sacramenta que
efficaciam tenemur habere ex hiis que
gesta sunt in vero Christi corpore ecclesie
custodienda sunt ut sine omni fictione
cum preparacione qua decet suscipiantur
Unde circa susceptionem baptismi Christus
dixit Johanni Sine modo sic enim decet
nos implere omnem iusticiam Sequitur
Non me derelinquas ubi petit tria
derelictionis metum ibi non derelinquas
nisi enim timeret peccator non indigeret 2º
derelictionis periculum me quasi dicat si tu dere
linquis me nec manebo ego ibi salus
luce xv Reliquit me solam ministrare
3º derelictionis modum plenum usque
quaque Dicit ergo Non me derelinquas
quasi dicat Ego custodiam quantum in me est
sed quia sine te nichil possum Johannis
xv Sine me nichil potestis facere

ideo non me derelinquas. Vel sic ego ex
hibeo me ut custodiam non ex mea
presumptione sed ea condicione quod non
derelinquas me. illam siquidem bo
nam voluntatem qua custodire propo
no · usque · et non a me habeo sed a te quod tu
in hoc meum es. sed statim non habeo
si derelinquis me. unde peto non me de
linquas. Sed potest queri cum Christus fuit
derelictus sicut dicitur in psalmo 21 et in cruce
quomodo petat ipse non derelinqui sed hoc sol
vitur per hoc quod dicitur usquequaque quia si de
linquis ad horam ut probes sicut Iob
vel presumptionem redarguas et confundas
ut petro luce xxii saltem non usque
quaque sicut iudam vel pharaonem. Unde Am
brosius derelinquit iudam penitus quem
sceleris sui permisit auctorem. Item Am
brosius nemo debet inflari quod nunquam de
relinquatur vel dolere quod aliquando dere
linquitur cum ipse filius dei se derelictum
dicat. et ille quidem minus derelictus
est qui dicit non reliquit me solum sed
secundum corpus derelictus erat cum esset
passioni traditus sed non est usquequaque
derelictus qui dicit non derelinquas animam
meam in inferno nec dabis sanctum tuum etc.
Usquequaque hoc dupliciter exponitur. Uno modo
sic quasi esset aliquo modo relinque velis
non tamen omnino. Unde Augustinus aliqui codi
ces habent usque nimis id est valde. et sub
dit Augustinus videtur hoc dicere quod velit dominum
se reliquisse sed absit. Quia vero
relinqueret deus mundum multo peccatorum
valde enim reliquisset si ei nec tanta
medicina profuisset scilicet gratia dei per
Ihesum Christum. Nunc autem secundum istam
orationem corporis Christi non eum reliquit usque
valde quia deus erat in Christo mundum re
concilians sibi. vel potest esse illa vox
eius que de virtute sua confidens dixit
in habundantia mea non movebor in eternum.

et postquam avertit deus faciem suam factus
est conturbatus et ideo iam non pre
sumens de se clamat non me derelinquas
usquequaque valde quia si me dereliquisti ut si
ne adiutorio tuo infirmus appa
ream noli usquequaque valde ne peream. Et
si dereliquisti me ne querere a me
noli usquequaque valde et instabilitatus abs te
conturbabor in te. Hec omnia Augustinus. Simi
li modo orat propheta alibi ne avertas
faciem tuam a me ne declines in
ira a servo tuo quod tollabile est sed
amicabiliter et ex caritate declines
ut scilicet tu velis cito reverti et michi
sit ista declinatio ad maiorem tutelam
directionem consolationem aut fructum
sed si in ira declinas quis poterit pre
timore iram tuam non dico diminuare
sed etiam tollerare. Sed quia forte
talis dicta declinatio non proprie meretur
dici derelictio licet aliud esse videatur cum sit
magis approximatio. Ideo potest aliter expo
ni ut petat nec in minimo relinqui
quia etiam valde modica derelictio est
status mei turbatio. Psalmus avertisti
faciem tuam a me et factus sum con
turbatus. Sed potest dubitari quomodo
petat non derelinqui cum deus neminem
deserat nisi deseratur. si autem dese
ritur necesse est ut de tanto deserat
quanto deseritur. quomodo enim potest esse quod
maneat mecum si ego non maneo
secum. videtur ergo convenientius peccans
sit non permittas me derelinquere
te. cum non sit erga nos alia dei de
relictio nisi derelictionis qua deserimus
ipsum permissio. potest dici secundum litteram quod
propheta minus dixit et non plus intendit
dicit enim non derelinquas me quod velit
dicere tene me quia nisi hoc facias
derelinquam te. Vel potest dici quod velit
dicere ego sum instabilis ut non contineo

manebis apud te / tu autem non sic facis sed licet
ego ex mutabilitate mea delinquam tibi / tu
tamen non delinquas mihi / nec velis mihi
facere sicut ego tibi et secundum peccata retribu-
ere / Unde Augustinus / Confessus meum eras
sed ego tecum non eram / Quod enim deus
aliquem etiam delinquentem se non derelinquat
patet per exemplum in vitis patrum / ubi legitur
quod quidam frater / temptatus de fornicatione
venit in egiptum / rogans quemdam sacer-
dotem paganorum / ut daret ei filiam suam
in uxorem / qui accepto consilio dei
sui / promisit se daturum filiam sibi si
